54.

Q. B. V.

EXERCITII ACADEMICI,

De

# DENARIO SANCT-PETRINO,

Ejusqve in SVETHIA *præcipuis FATIS*

CONTINUATIO.

Qvam

*Suffragio Fac. Philos. in Reg. Acad. ABOENSI,*

PRÆSIDE

*Viro Cl.*

## MAG. ALGOTHO A. SCARIN,

Hist. & Phil. Civ. PROFESS. Reg. & Ord.
Fac. Philos. h. t. DECANO,

In auditorio maximo die III. Martii
Anni MDCCXXXIX.

*Publicæ disquisitioni sistit*

MARTINUS Gabrielis PEITHZIUS
*Ostrobotniensis.*

ABOÆ, exc. JOH. KIÆMPE, Reg. Acad. Typ.

S:æ R:æ M:tis

MAGNÆ FIDEI VIRO,

*Reverendissimo Patri ac Domino,*

# Dn. JONÆ FAHLENIO,

S. Theologiæ DOCTORI celeberrimo, inclitæ Diœceseos Aboënsis EPISCOPO Eminentissimo, Academiæ ibidem PRO CANCELLARIO Magnificentissimo; nec non venerandi Consistorii ecclesiastici PRÆSIDI gravissimo, Scholarum per totam Diœcesin EPHORO adcuratissimo,

MÆCENATI & PROMOTORI Summo,

Vitā prolixam & omnigenam salutem!!!

Τρίς ῥ' ὑγίαινε καλῶς μάλ' ἄριστε Διδάσκαλε δῖε,
Χάρμα ἰδὲ κλέος Αὐραϊκῶν, καλ' Επισκοπε φήννων!
Εὐφραδέως γοῦν Φωκυλίδης πρόπαλαι μετέειπεν.
Ἡ Φιλοχρημοσύνη μήτηρ κακότητος ἁπάσης.
Χρυσὲ κακῶν ἀρχηγὲ, βιοφθόρε πάντα χαλέπτων,
Εἴθε σε μὴ θνητοῖσι γενέσθαι πῆμα ποθεινόν!
Σοῦ γὰρ ἕκητι μάχαι τε, λεηλασίαι τε, φόνοι τε,
Ὄφρ' εἴπω τὰ κελεύει ἐνὶ στήθεσσί με θυμός·
Μυρία δὴ Ῥώμη ἔτι καὶ νῦν ἄλγεα πάσχει,
Εἵνεκα τῆς Φιλοχρημοσύνης τῶν ἱεροφαντῶν.
Εἴπερ ὁ Ρωμαϊκὸς Ἱερεὺς ὁ Φέναξ ἐπέταξε
Κερδαλέον βδελυρόν τε φόρον, δειλοῖσι βροτοῖσιν,
Αἱματόεντα διδοὺς μερόπεσσι τὰ δόγματα πᾶσιν·
Εὖ μάλα οὐρανὸν ἦ ῥα νομίζει πράσιμον εἶναι.
Τίς δ' ἄρα πάντα ἐροῖ, μάλ' ἐπεὶ πολὺ μυρία λέξειν;
Οἷσι παρῆγε βροτοὺς, προγόνους τε τοκεῖς τε μὲν ἄμμων·
Ὃν τρόπον ἡ ὀλίγη παρέουσα ἐρεῖ διατρίβη,
Τήν περ λεπτοτάτην, Σοὶ ὁμῶς, μεγαλώνυμε Ἄνερ,

Ὀφ-

Er. Königl. Majt
Hochbetrautem Oberst-Lieutenante bey dem Österbotnischen Regemente zu fus
Dem Hochwohlgebornen Herrn
# Herrn JOACHIM GEORGE von GANSCHAU,
Meinem HochzuEhrendem Patrone.

Die hohe Liebe/ gunst und gewogenheit / welche Ewr. Hochwohlgebl. so wohl der gantzen Clerisei im Limingo, als auch insonderheit meinem Lieben Vater und dessen nun mehr betrübtem hause/ seit etlichen jahren erwiesen haben / verbindet mich / der ich ebenfals einer so hohen affection unwürdig zu genießen/ die ehre gehabt / anjetzo zu einer öffentlichen und demütigsten erkäntlichkeit. Ich lege davon eine probe ab/ indem mich erkühne / Ewr. Hochwohlgebl. diese geringe frucht meines fleißes mit aller Soumission und ehrerbietung zuzuschreiben; um denenselben meinen demütigsten Respect dadurch zu bezeugen/ welchen vor Ihnen in meinem hertzen hege.

Es wird Ewr. Hochwohlgebl. nicht unbekant sein/ wie/ nachdem durch zulaßung Gottes / und deßen auf sünden folgenden rache / das reich der finsternis / und der mensch der sünden ( wie der Geist Gottes den Antichrist, oder den Römischen Papst zu nennen gefallen ) geoffenbaret wurde: Derselbe / alsobald seine grausamkeit und bosheit darinnen zu erweisen begunte / das er sich über alle Oberkeit / Käiser und

Köni-

Ὤφλανον ἀνθιερῶν δὴ ἀντ' ἐυεργεσιάων·
Ἀνδραγαθήμασι τεῦ γε προθυμίησι πεποιθώς,
Ἴς' ἄταρ ἔυνεος, ὡς Μωυσῶν θεράπουσι καὶ ἄλλοις!
Τῶν φιλοχριστοτέρων Ἡγήτορ ἄριστε σὺ ἀνδρῶν,
Ὃς τρυφερὸν λαλέεις, καὶ πρόσφορα ῥήματα φράσδεις,
Ἀνδράσιν ὀρθοτομῶν τὰ μελίῤῥυτα δόγματα πᾶσιν.
Εἵνεκα παθρὸς ἐμοῦ, λίτομαι, μὴ ἦσθα χολωθείς·
Μᾶλλον ἄρ' ἱλήκοις, ἅμα μοί τε τοκεῖ τε ταπεινῷ!
Ἀμφοτέρων κήδοις, ὡς τοῖο γόνοιο γονεύσγε!
Ὄλβια ἐυχομενός γ' ἕτερον λόγον ἐκκορυφώσω,
Εὔνοος ἔσσο δ' ἐμοὶ, καὶ ἐμῇ χάριν ἔμβαλ' ἀοιδῇ!
Νῦν Ἐνιαυτὸς ἐπεί γε πάρεστι, νέοστε καλόστε
Ἐκ χάριτος μεγάλοιο Θεοῦ, μόνου ἀθανάτοιο,
Ὃς πάντεσσι βροτοῖς, δὴ ἐπὶ χθονὶ πουλοβοτείρῃ,
Πᾶσιν ἔδωκε τροφὴν, πάντεσσι καὶ ἄρμενα πάντα·
Τοὔνεκα δόξα μόνῳ γε Θεῷ κατ' ἀπείρονα γαῖαν!
ΣΟΙ, κλέος Αὐραΐκων, ἄταρ ὅτινα μύθον ἐνίσπω;
Ὅττι σαώτερος ἔσσι, τὸ δὴ μάλα θυμὸν ἰάινει
Πάντων, ἀλλὰ μάλιστα ἐμὸν ῥα ταπεινὸν ἐόντα.
Ὑψιμέδων δὲ Τριάς, ὅς θηκέ σε Ἱεροφαντὼν,
Καὶ θεοκηρύκων κρατέοντα, ἐφίμερον ἄνδρα,
Πάντοτε μὴν σώσαι σε κακῶν ἔκτοσθεν ἁπάντων,
Εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος, ἅμα ἄμμιν ἔρεισμα ἄριστον!
Ἔμμορε μὴν τιμῆς, ὅς ἔτη ἅμα ἔμμορε πολλά·
Τύνη γήθεϊ τῇ γαμετῇ, ἅμα παντί γε δήμῳ
Ζήσῃ ἀπήμαντος, καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.
Ὄφρα χριστιανοῖσι, καλοῖς ἔργοιστε λόγοιστε,
Εὖ προφανῇ ἀεὶ, ὑψιφανὴς ὡς λάμπει ὁ ἀστήρ.
Ἵλαθι τῷ θεράποντι τεῷ, φίλε Σῶτερ Ἰησοῦ!
Ἵλαθι παμβασιλεῦ! ναὶ ἵλαθι ποικιλοδῶρε!

REVERENDISSIMI NOMINIS TUI.

*Devotissimus cultor & cliens*
MARTINUS PEITHZIUS.

Könige erhube / als welche er nach seinem gefallen zu- und absetzete: und selbige nach seinem gelüsten mit Schatzungen belegte. Unter anderen tributen, die er gantzen Ländern und reichen aufbürdete / war auch der Sanct Peters Groschen / so in Engelland Romscot und in Franckreich Denier du Saint Pierre genent wurde; welchen dem Pabste zu Rom als einem vermeinten und eingebildeten nachfolger des Apostels Petri, jederman bezahlen muste. Das auch Schweden und Dänemarck / leider! einen solchen tribut und Denarium bezalt / habe zu wiederlegung etlicher / die es verneinen / in diesem geringen tractate und Disputation auf hiesiger Hohenschulen in Abo zu beweisen mir vorgenommen.

Ich lebe der festen zuversicht / Ewr Hochwohlgebl. werden die unterthänige ergebenheit meines gemuhts gütigst anzusehen geruhen / und nach dero preiswürdigsten milde mit dero hohen affection mich noch ferner erfreuen. Hiernechst gratulire gehorsamst zu dem / Gott lob! vergnügt angetretenen NEUEN JAHRE / mit dem devoten wunsche: Gott wolle dieselben nebst DERO vornehmen Hause / nicht nur in diesem glücklich angetretenen; sondern auch in vielen darauf folgenden jahren / mit allem hohen wolsein überschütten, und zum aufnehmen des Vaterlandes / den Ihrigen zur Freude und troste: und den bedrängten zur zuflucht erhalten. In dessen empfehle mich / und meines Vaters Haus Dero beständig gnädigem andencken / und verharre mit allem respecte

Ewr. Hochwohlgebl.

Demühtigster und gehorsamster Diener
MARTINUS PETRÆUS.

*Admodum reverendo atque præclarissimo Viro;*

Dn. Mag. ZACHARIÆ LITHOVIO,

Ecclesiarum, quæ Vloæ colliguntur, PASTORI longe meritissimo, ut & adjacentis districtus PRÆPOSITO dignissimo, Scholæ ibidem trivialis Inspectori adcuratissimo, PATRONO Magno.

*Admodum reverendo atque præclarissimo Viro,*

Dn. Mag. ERICO FALANDRO,

PASTORI in Calajoki meritissimo, & ecclesiarum in vicinia PRÆPOSITO adcuratissimo, dignissimo, PATRONO & PROMOTORI uti certissimo, ita ætatem pio qvoque zelo colendo.

*Plurimum reverendo atque præclarissimo viro,*

Dn. Mag. PETRO HÆLLBERG,

PASTORI civitatis Christinæ, parœciæque Lapfierdensis dignissimo, ut antehac PRÆCEPTORI vigilantissimo, ita jam Fautori jugiter colendo.

*Plurimum reverendo atque clarissimo Viro,*

Dn. GUSTAVO BOGMAN,

PASTORI civitatis Brahestadensis, nec non parœeiæ Salõensis laudatissimo, FAUTORI multis nominibus devenerando.

*Perquam reverendo atque doctissimo Viro,*

Dn. GEORGIO RAJALEEN,

Sacellano & Archidiacono civitatis Vloënsis apprime merito, ut olim Informatori longe dexterrimo, ita jam qvoqve omni honore proscquendo.

*Vobis, Patroni, Promotores & Fautores honoratissimi, specimen μήριον debitæ observantiæ, grataque ac venerabundæ mengenae prosperitatis adprecatione, nec non spe vlterioris favoris*

*Auctor &*

MARTINUS

*Admodum reverendo atque præclariſſimo Viro,*

Dn. Mag. LAURENTIO SACKLINIO,

PASTORI in Wirmå & Mietois longe digniſſimo, nec non adjacentis contractus PRÆPOSITO adcuratiſſimo: ut ante, per biennium, nutritio propenſiſſimo, ita jam PATRONO benigniſſimo, omni honoris cultu jugiter proſequendo.

*Plurimum reverendo atque præclariſſimo Viro,*

Dn. Mag. SAMUELI HORNÆO,

Scholæ, qvæ Vloæ eſt, Trivialis RECTORI longe meritiſſimo, ut ſtudiorum meorum non ita pridem moderatori fideliſſimo, ita jam FAUTORI certiſſimo.

*Plurimum reverendo atque clariſſimo Viro,*

Dn. Mag. JACOBO GARVOLIO,

PASTORI in Syſkajoki vigilantiſſimo, Fautori & Euergetæ æſtumatiſſimo.

*Plurimum reverendo atque clariſſimo Viro,*

Dn. ANDREÆ CAJANO,

Scholæ Vloenſis Conrectori adcuratiſſimo, PRÆCEPTORI pridem dexterrimo diligentiſſimoq;, quavis obſervantia proſequendo.

*Perquam reverendo atque doctiſſimo Viro,*

Dn. JOHANNI HEDRÆO,

Sacellano in Tyrnåvå meritiſſimo, Fautori jugi pietate colendo.

*hocce qualecunque ſtudiorum ſuorum, in μνημοσύνην atque tutis pignus, ob veſtra plurima in ſe collata beneficia, cum omni certiſſima, humillime conſ. rare voluit, debuit,*

*Reſpondens*

PEITHZIUS.

*Perquam reverendo atque doctissimo Viro,*

Dn. GABRIELI PEITHZIO,

Comministro in Limingâ longe meritissimo,

PARENTI OPTIMO.

OMnibus grati animi signis, quamvis Tua *in me merita, Parens optime, exprimere totus anhelem, præter munusculum chartaceum, idque exiguarum pagellarum, nihil invenio tamen, quo fidei & amoris pignora alma Tua excipere, meamque in referenda gratia pietatem explere valeam. Debeo post* DEUM *non vitam animalem modo Tibi, sed & civilem. Utriusque proferendæ instrumenta, quantum permisere angustiæ Tuæ, mihi suffeciſti. Ego ne cogitanda quidem grati animi significatione partem meritorum Tuorum assequi potis sum. Id vnice rogo, munusculum seu potius confessionem imbecillitatis istbanc, plus grati animi in se continere Tibi persuadeas, quam si idoneo testimonio quocunque beneficiorum Tuorum magnitudinem memet assequi posse considerem.*

*Esse solent non invisa parentibus specimina, si quæ exsulpere possint non degeneris indolis, filii. Mihi ad penates gradum molienti cum primitias bisce studiorum meorum, cur nihil auspicati ab introitu offendam: contra vero nubila & funesta omnia appareant, conjectare nullus possum, neque causam invenirem facile, nisi de clade mutua, qua affecta fuit domus nostra, literulæ Tuæ certiorem memet, plus quam vellem, feciſſent nuperrime. Parum erat fortunæ, exspectationem lautioris vitæ conditionis, Tibi justo diutius morari, ni conjuge sex liberorum matre, insuper temet orbatum exspoliatumq; daret. Sed cum sint istbæc talia, quæ contrectata aggravant magis quam allevant luctum Tuum, Ipsum* universi Sospitatorem, *cujus nutu sursum deorsumq; volvuntur omnia, humillimis precibus rogo, velit ille mentem Tuam, Parens optime, suavissimo solatio perfundere, utque in spem & vires iterum iterumque reverti queas, cœlestis gratiæ suæ levamine efficere. Revendet ille, qui celsa premit & ima levat, damna orbitatis Tuæ, Tuosque neque destituet ipse, neque ab homine aliquo opprimi patietur* orphanos.

Optimi, amantissimique Parentis

*Filius obedientissimus*

MARTINUS PEITHZIUS.

DEr zweck von deinem disputiren
Ist/ Wehrter Freund / du wilt uns führen/
In die vergangnen zeiten ein;
Da wir den Peters-Groschen zahlten/
Mit Mönchen und mit Nonnen dahlten:
Gottlob / das wir befreiet seyn!
Fahr immer fort in deinem fleisse /
Und glaube das auf steten schweisse /
Gewis belohnung kommen muß;
Denn weil wir durch gelehrtes wißen
Einst Gott und menschen dienen müssen
So folgt die Ehre auf dem fuß.

Dem Herrn Auctori und Respondenten, als seinem wehrten Freunde schrieb dieses zu Ehren

N. J. Felde.

Fägne-Rim til sin Wän
Åreborne och Wällärde
Herr MARTIN PEITHZIUS,
Då han berömligen *disputerade* wid Åbo *Academie.*

ÄT wildt och otamt diur
Är tämlig swårt at spaka
Et ganska giftigt sår
Är ganska swårt at läka:
En wål befäster stants
Är swårt at storma på:
En swarter *Morian*
Är swår at hwiter få.
Doch har man ett förswärt
I therta alt at winna,
Om man en god *Secund*
I striden räkar finna;
Då träffar *David* rätt,
Med liten slungo sten:
At *Goliat* ett mer
Kan resa sig på ben
Å Tyén

Then högst beſitne Gud
Är mohner om ſin åhra,
Then hwar och en för ſig,
Är plichtig at frambåra;
En Apa tåhl han ett
På Majeſtetſens ſtohl.
Mörk ſtierna har ett lof,
Sig kalla werldſens Sohl.
En upblåſt *Phariſe*
Bör wiſas ur Guds tempel:
Gement och ringa kram
Bör ha en ringa ſtämpel:
Then ſopwrån wål förtient,
Gå ett til Kongens thron:
En jordklimp och en Gud
Är tu olika hion.
Tänck Påfwen har ſig doch!
Emot ſin Gud upkaſtat,
Then högſte Gudens bud
Af arghet wrängt och laſtat,
Och tror ſig wara mer,
Än annat ſyndigt folck.
Han tror ſin miölck är ren,
Och utan minſta ſmolck
Then foglen ſom är kläckt
Ther ugglor ha' ſit näſte,
Wil höija op ſin ſtol
Långt öfwer Solens fäſte:
Wil dyrckas ſom en Gud
I ſyndigt kiött och blod:
Förhäfs af ſtulen macht;
Lång härkomſt, ſtor i mod.
En ulfwars *General*
Til ſpaka fårens ångſtan:
Friborne ſiälars twång,
Bedröfwad ſämets fångſtan:
En *Apoſtoliſk* kropp,
Med ſwärd, och lod och krut:
En oförſkämder hund,
Som knapt wil weta hut.
En rak och krokug orm
Som liſt och wäld förröfwar:
Som kyſſer egen hand,
Men Gud ſit lof beröfwar
Och wil med thetta alt,
Et hufwud räknat bli,
Ther på alt Thriſti folck
Är plichtigt wördſamt ſi:
Men lofwad ware Gud!
Som ſielf ſig antog fåren,
Då thenne Ulfwen ſamm
Uti the förra åhren
I menlöſt fåra blod,
Men fick doch aldrig fult:
Wår Siåla-Biſkop ſielf
Har ſtillat ſlikt tumult.
En Mårten, fattig Munck,
Then ſtore *Doctor Luther*
Fick *ordres* gå i ſtrid,
Mot Påfwen ſom war butter;
Han tog Guds ord til ſwärd
Som ſkarpt twäggat war,
Thet han i HErrans namn
Mot thenne reſen bar.

Han

Han hade hielm och skiöld,
Hwarpå han kunde lita:
Gaf Helfwets paddan fram
En sådan nöt at bita
Som honom war förhård,
Och ett är knäpter än,
Hwarmed thes öpna gap
Är tämlig lycht igen.
*Beelzebub* mäst se
Sin murar plötzligt falla:
Af Himlen lösen gafs:
På jorden sungo alle
Som Christi teckn fått:
Si ulfwen som war fet
Af fårens märg och blod,
Han ändtlig fått labet.
Nu wet mäst werlden all,
Hwad thetta krutet gagnar;
Nu kastas gull ett bort,
För snåla Påfwens agnar:
Nu har man motgift fådt,
För thenna ormens gift:
Nu giör man thet och thet
Med Påfwens bud och skrift.
Nu råds ett Christi folck
För någon stöflad Påfwe,
Nu giör man stålt föracht
At Påfwens band och kläfwe:
Hans kiöpte Creatur
The drage fritt hans ook:
Men dårar äro the,
Och han är rätt en tok.
Min Wän, Ehrt wackra wärck
Thet handlar om thet samma,
Hwar om jag nu så långt
Har driftat mig at glamma.
Jag önskar (giß på)
Jag önskar at hwart ord
I Edert wackra wärck
Blef Påfwen som ett mord.
Jag önskar at hwart strek,
Blef strek för Påfwēs fötter,
At han med hwarje rad,
Af dunderslag blef mötter,
At hela Edert wärck
En Spegel måtte bli,
I hwilken Påfwen sielf
Sin styggbet kunde si.
Och hwad jag kan Ehr sist
Min Wän Herr Mårten önska,
Är, at Ehrt wackra namn
Som *Mårtens* namn må grönska,
Och at I måtte bli
En *Doctor* lik som han.
Stor önskan! som doch mäst
På tiden kommer an.

Stockholm den 1. *Febr.*
1739.

Wälment lämnade
af
*CARL GAGGE.*

## SCHEMA DISSERTATIONIS.

§. I. SVETHIAM *non* Imperatoris, *ſed* papæ *Romani fidem ſequutam fuiſſe pridem, aſſerit.*

§. II. *Quid ſibi velit tributum* denarii *hujus, ex priore diſſertatione repetit.*

§. III. Daniæ *non aliam, quam* Svethiæ *& ceterarum gentium Chriſtianarum conditionem fuiſſe, evincit.*

§. IV. *Eorum, qui* Svethiam *Romanæ ſedi non ſubjectam fuiſſe contendunt, argumenta diſcutit.*

§. V. *De* Denario, *qui in* Svethia *ſub papa* Othino *jam ante in uſu fuerat, agit.*

§. VI. *De tempore, quo primum* Denarius Romanus *invalnit, agit.*

§. VII. *Utrum* OLAVO Skotkonungio *pietas ſolvendi tributi hujus, cognomen dederit, diſquirit.*

§. VIII. *De Voto* OLAI, *ejusque diverſa conditione; nec non* Cathedratico, *agit.*

---

### CORRIGENDA.

*PAGINA* 43. *lin.* 1. lege *agre.* Eadem pag. *lin.* 10 lege: *ſine duce auricomo aperiri &c. pag.* 44. lin. penult. lege *cruciatae. pag.* 45. lin. *1.* lege *earum, pag.* 49. lin. 26. lege *honori.*

§. I.

SVETHIAM Imperio *CIVILI* Romano aliqvando ſubjectam fuiſſe, ſi qvid recte video, hiſtoricorum nemo probatum ivit. Qvemadmodum in cætera regna Europæ, ita in Suethiam quoque monarchicum, i. e. ſacrum & ſummum imperium, ſibi arrogare qvidem præſumſere nonnulli imperatores; ſed irrito conatu, poſtqvam rationem conſilii illius ulla neqve ratione, id eſt juſtitia, neqve poteſtatis violentia, certam facere poſſent. SACRORUM *Principi* Romano, cum infra illius magnitudinem cætera jacerent, Svethiam noſtram *non* vectigalem fuiſſe, niſi qvi temporum memoriam negare, ipſiqve rerum famæ dicam ſcribere voluerit, non facile qvisqvam affirmabit. Qvi ſub ethniciſmo vixere reges proximi, qvamvis ſacerdotio non fungerentur ipſi, ſacra curare tamen nulli intermiſerunt. At Chriſtianiſmo, itemqve Papiſmo invaleſcente, non ab invicem divelli modo permiſerunt ſacrorum & civilium rerum ſummam; ſed & civitatem, & demùm ipſos ſemet, religioniS prætextu, ſub pontifice Romano vectigales fieri permiſerunt. Qvomodo una cum cultu miſſatico, oblationum ſpecies variæ in eccleſia Chriſtia-

na olim obtinuerint, & demum, cum *pietas vtilis* illa ſacerdotibus *ipſis*, qvibus cederet, oneri eſſe inciperet, ſymbolicæ & monetariæ oblationes uſu venerint; eædemqve non miniſtris ſacrorum, ſed principi & pontifici eorum qvoqve exſolutæ fuerint, parte priore dictum fuit. Cramben recoquere eandem non vacat neq; placet. Qvæ verò cenſus & *denarii*, puta pontificii illius ratio: qvæ illius in Svethia fata fuerint, noſtra opera, ſi qvid in in nobis ingenii, evolutum dabimus. Te vero, benivole lector, qva par eſt modeſtia rogamus, æqvo velis conatus hoſce juveniles adſpicere animo; & ſi qva parte offenderimus aut declinaverimus, in regiam veritatis viam iterum reducere. Qvantum ſcire licuit, callem hunc, qvamvis obvium & domeſticum, ante nosmet nemo tentavit. Qvo vero magis inter deſerta & inhoſpita tesqva procedendum eſt, eo excuſationem nobis qvoqve promtiorem ſperamus ab omnibus bonis, ſi, qvæ ad illuſtre antiqvitatis argumentum dicenda fuerint, non omnia adſeqvi, aut ad umbelicum perducere potuerimus.

## §. II.

NE autem notio denarii S. *PETRI*, & qvid imprimis involvat illa, lectorem priori parte commentationis hujus deſtitutum prorſus fugiat; paucis qvid ſit, & qvare *Petri* dicatur, non præter rem repetere juvabit. Fuit autem DENARIUS b. *Petri* tributum a Pontifice Romano Chriſtianæ eccleſiæ ſociis, aliis atqve aliis impoſitum: & ab iisdem in ſignum modo ſubjectionis, libertatisqve impetratæ ab epiſcopali jurisdictione; modo in vicem redhoſtimenti protectionisqve ſedis Apoſtolicæ: ſingulis annis,

bis; primum ſponte; inde vero, per modum imperii, ab omnibus, qvi præter arma, amictumqve neceſſarium, tres argenti marcas in ære haberent, perſolutum. Huic vero in capita ſingulorum, ſervorum & liberorum impoſito tributo, cur b. Petri nomen impoſitum fuerit, ratio in priori parte non alia magis tradita eſt, qvam qvod pontificibus, qvi dignitatem ac auctoritatem Apoſtoli *Petri* jactitabant, ceſſerit: PETRINUM autem vocari voluerint, ut illius ſub umbra *Sancti* nominis latentes, ſacram famem ſuam magis ſecure, & potenter exercere poſſent. Sacra namqve Romana profitentes vel ſola nominis hujus injecta mentione, ſuopte nutu ad ſolvendum promtiſſimos fore, regni tenebrarū myſtagogi & antiſtites illi nullo negotio prævidebant. Qvæ cenſationis hujus in *Anglia*, *Hiſpania*, *Gallia*, *Polonia*, cæterisq; in regnis fata fuerint, partis prioris Auctor inveſtigavit atqve recenſuit. Qvi cum ad calcem diſſertationis de DANIA, utrum non illa qvoqve Romanæ ſedi fuerit vectigalis, curis poſterioribus indicari voluerit, & in alium diem reſervari; ne promiſſi illius nos plane oblitos eſſe qvis putet, ὡς ἐν παρόδῳ conditionem hujus qvoqve regni, qvoad præſtationem illius tributi, examinabimus.

## §. III.

REgnum DANIAE pari qvidem aſtutia, ac cætera, ſibi ſubjicere ſtuduiſſe *Papam GREGORIUM VII.* ipſius nos abunde docent atqve evincunt litteræ a *BOEHMERO* citatæ (*a*); Sed intentioni non reſpondiſſe eventum, auctor eſt idem vir πολιτικώτατος. (*b*) Regem enim, ait, Daniæ, qvi pro more illius temporis in ſedem papa-

"lem non erat indevotus, aliorum terruerunt veſtigia: "præcipuè cum arroganrem hunc pontificem, ad reges "cenſuales haud aliter ac ad vaſallos, & ſubditos ſuos "ſcribentem animadverteret. Hæc ille de Danis. Haud aliter *BANCKIUS & FABRICIUS*: qvorum *hic* leviter fundatam pronunciat eorum fidem, qvi DANIAE & *SVETHIÆ* regna cenſualia memorant. Banckius autem, *nunqvam apparet*, inqvit, *qvando in hoc regno cenſus inſtitutus, vel ſi inſtitutus eſſet, qvando ſolutus fuerit?* ita ut inde lector magis dubius, ac ſuſpenſus animo, qvam de rei veritate convictus evadat: *(c)* Verum ſalva tantorum auctoritate virorum, ſi reſpicere voluerimus tempora & doctores ipſos, qvorum opera Chriſti doctrina primum reſonare cœpit in arctoi orbis angulo hocce, manifeſtum evadet non aliam apud Danos novellæ eccleſiæ, qvam penes Germanos cæterasqve nationes, conditionem fuiſſe. De Danorum gente, & regibus illorum, qvod pietatis genere illo paſſi fuerint vinci ſemet a vicinis, tanto magis dubitandum, qvanto dilatandæ pietatis & religionis, ſe multo, qvam vicini, cupidiores fuiſſe, de ſe ipſis gloriari ſoleant. Et id neqve præter rem, aut meritum. Etenim de iisdem conſtat, qvod ſub *OTTONE* imperatore non in *civilibus* modo reverentiales facti fuerint alienigenæ Domino; ſed & ſubjugales plane Pontifici Romano in *Spiritualibus*. *Danorum* in convertendis paganis operam primitus violentam, adeoqve pontificis zelo inſtitutoqve per omnia conſentaneam fuiſſe, ſub exemplo HARALDI regis *Cæruli-dentis* probat Oernhielmius *(d)* Torfæo certe non diſſentiente *(e)*. Deinde cui ignotum eſſe poteſt, tempore

pore illo, qvo penes nos efflorescere cœpit religio Christiana, *dynastas* obtinuisse in Anglia eosdem, qvi in Dania regnarent, eosdemqve alterius regni sui nomine, *Angliæ* puta, devinctos fuisse pontifici, non honoratiore alio clientelæ jure atqve moderamine, qvam ne eorum qvis diadema gestaret, nisi qvem ipse jussisset. Porro an non Angli fuerunt, qvotqvot ad propaganda sacra apud Danos, reges illorum temporum exciverunt? De presbyteris autem, illo in ecclesiæ feudo natis educatisqve, qvis dubitaverit, qvin pro iisdem *feudi regalibus*, qvæ in fœderata gente invaluissent, sive introducendis sive stabiliendis apud Danos qvoqve, impensius laboraverint. Fidelitatis &officii nexus, qvo feudali præfecto suo devincti essent, id importat, ut eidem in omnibus opera & servitia sua promtissime exhiberent.

Sed qvid opus est Danorum promtitudinem pietatis illam incertam facere, postqvam rei gestæ majorem, qvam qvæ eludi qveat, certitudinem nobis faciat bulla pontificis ipsa, puta Alexandri ad *SVENONEM ESTRITHIUM* data, & cujus in priore differt. parte mentio jam ante facta est. (*f*). Non nego potuisse Danos eandem retundendæ Pontificiæ dominationis viam inivisse cum cæteris Principibus Christianis, saltem suo non ære promoveri consultum duxisse. At postqvam, damnata ævi illius *truculentiâ* sacrorum, seu verius suffiamine eidem injecto saltem, ad *hypocrisin*, alterum instrumentum tollendæ in altum hierarchiæ suæ sese converterent papæ, qvin communis orbis opinioni, vanitatiqve, suam devotionem, liberalitatemqve accomodaverint Daniæ reges, qvis solus unqvam dubitaverit?

(*a*) *De jure Eccleſ. III.* 39. §. 122. (*b*) *ibidem* (*d*) *de Tyrannide Papæ p.*422. (*d*) Oernhielms *Hiſt. Eccl. S. G. pag.* 134. (*e*) Thorm. Torfæus *hiſtor. Norv. II. pag.* 284. (*f*) *pag.* 15. *init.*

§. IV.

QVod autem ad noſtros *SVEOGOTHOS* adtinet, eos hanc religionem ſedi Apoſtolicæ præſtitiſſe & gratanter exſolviſſe, tabulæ & monumenta non unius generis, ejusdem ævi, nosmet dubitare non ſinunt. Qvin neqve ambigimus de vicinis regnis idem æqve bene prædicari poſſe teſtimonium, ſi qva benevolentiâ, puta nobiliſſimi Archivi Secretarii, HELINI, noſtra nobis patuere ſcrinia antiqvitatis, *eâdem* apud exteros qvoqve patefieri potuiſſent. Qvid vero? ſit licet res illa extra omnem dubitationis aleam poſita; auſus eſt tamen *JOHANNES BAZILIUS*, Epiſcopus piæ memoriæ *Vexionenſis*, neſcio qvo auctoritatis, & receptæ hypotheſeos præjudicio, tractatione ſatis operoſa, in hiſtoria ſua eccleſiaſtica probandum ſuſcipere, eccleſiam Sviogothicam nunqvam voluiſſe "vere ſubjici dominio papæ Romani (*g*) Sed ignoſcendum, "ut verbis utar clariſſ. *NETTELBLADII*, eſt viro de patria "bene mereri cupienti, qviqve eo vixit tempore, qvo- "nondum ulla hiſtoriæ Svionicæ pars ſatis erat exculta.

Argumenta *BAAZII* parum probantia cum in compendium redacta proponat idem ille vir conſultiſſimus, propoſita ſolide examinet atqve diſcutiat, ne actum agere velle videamur; curioſo antiqvitatis litterariæ hujus, *Bibliothecam Sveogothicam* illius digito monſtraſſe ſufficiat, ubi accurate ſatis expenditur illa qvæſtio. Qvod ad argumentum *Baazii*, qvo exinde qvoqve probari poſ-

ſe

ſe ſperat *Svecos* edicto pontificis parum audientes fuiſſe, qvod *cenſum Petrinum* non niſi ægerrime, & ſæpiuſcule nullum numerarint; vereor certe, ne parum firmis nervis iſte in adverſam partem dirigatur aries. Ægre aliqvando ſolutum fuiſſe non negamus, qvod de *Danis* modo conceſſimus, & de noſtris majoribus qvoqve prædicari poſſe ex ſeqventibus pateſcet. Attamen hoc rarius accidiſſe, neqve ſine *fulminis ictu* fumum & flammam iſtam deflagraviſſe, vel exemplo *MAGNI SMEK* regis edocemur: qvi cum *cenſum Petrinum* in bellum *Muſchoviticum* adverſus ſchismaticos gerendum impenderat; nihilo tn. minus *Papae*, hoc nomine, qvindecim millia florenorum auri rependere cogebatur (*h*). Blanda magis hæreſi, qvod miror, infectus fuit *LAURENTIUS BANCK*, (*i*) *Norcopenſis Gothus*, Profeſſor Franeqverenſis, qvi regnum *Svethiæ nunquam eccleſiæ Romanæ fuiſſe tributarium* abſolute ſtatuit: qvin, *apicem neqve inveniri, unde probari poſſit* Svethiam *Romanæ curiæ cenſualem fuiſſe*. qvæ hac de re in medium proferuntur litteræ, nonniſi *pontificum figmenta* eſſe urget. Sed nimio ſtudio patriæ ſuæ, civiumqve ductus, ſuo magis ille fallitur judicio. Negat majores ſuos papæ fuiſſe obnoxios & ſubditicios, perinde ac *Anglici* ſcriptores nonnulli, qvi ex habitu præſenti temporum, ad conditionem regni & religionis, qvæ olim fuit, parum accurate ſubſumere ſolent. Piget utrinqve homines, hodie ſub cœlo liberiore natos, qvod fuerit gens ſua qvælibet tantis & tam horrendis ſuperſtitionibus olim dedita. Pudet tanta obſcuritate præteriiſſe dies vitæ illorū, ut ſenſum veri rectiqve omnem prope amiſerint. Qvod ad *Svegothos* attinet, illi ſibi penitus & omnino imponi

paſſi

paſſi ſunt a pontifice, ejusqve clero. Et qvi fieri poſſibile, obſecro, in illa rerum civilium quaquaverſum turbido ſtatu, in qvo cum aſſeclis ſuæ menſæ pontifex ſolus vel propè ſolus, piſcabatur, ut communi totius Europæ errori majores noſtri unice reſtiterint, aut reſiſtere potuerint? Qvandoqvidem non ſinebat ratio ſtatus hierarchici, ut humanitatis & litterarum ſtudiâ efflorèſcerent alibi, quam in clauſtris monachorum: neque alia, quam quæ ſuæ politiæ rationibus conducerent, tractarentur ineptiæ, non eſt ut ſuccenſeamus majoribus noſtris, qvod temporum ſuorum nequitiam non videre, neque convenientem malo medicinam adhibere potuerint. Non opus eſt, ut pluribus hujuſce aſſerti veritatem eamus probatum. Aphorismi politici *illius* ſaltem, qui de papæ in ſpiritualibus & temporalibus *ſumma* poteſtatis, præcipit, quanta in hac *Finlandia* noſtra, ejusque eccleſia novella, auctoritas, *THOMA* Epiſcopo ſedente? Proſtat bulla *GREGORII Papæ IX.* ad eundem data, quâ, rege, non dicam invito, certe inconſulto, lucos & delubra paganorum ritibus deputata olim, jure a *nemine mortalium infringendo*, id eſt, ſupremo & majeſtatico, contulit. Ejusmodi v. poteſtatem, cum eorum, quorum intereſt, nemine refragante, exercet externus princeps in ditionem aliquam, eandem quis liberam, & non alieno ſervitio devinctam pronunciabit? Et ut ad illum, a quo digreſſus ſum, *BANCKIUM* puta, virum cetera optimum & eruditiſſimum, revertar. Dixerim eundem proprio ſemet gladio, quod ajunt, jugulare, & cum *BAZIO* paria facere, quando litteras ipſe pontificias, Gothorum regnum, annuum Denarii tributum, ſolviſſe clarè

innuentes, in ſua diſqviſitione adducit. qvippe qvæ â privatis hominibus, eccleſiæ Romanæ commodo, exigi omnino, & auctoritate illius qvoq; ſolvi ſolitum fuiſſe, non obſcure teſtantur. Eſſent â me adducendæ denuo literæ *Pontificis* â *BANCKIO* citatæ, ſed cum ſumtuum â me habenda ratio reſecari velit omnem in ſuperfluis ſedulitatem, ad teſtem incorruptæ fidei alium, eundemqve â nemine, qvod ſciam, antea in judicium adductum transeo. Eſt ille *INNOCENTIUS* papa III. cujus *ex originali* bullam nobiſcum communicavit vir nobiliſſimus Dn. *JOH. HELIN Archivi antiqvitat. Secretarius R.* cujus humanitati progreſſiones, qvas hiſtoria patria, & in eadem juventus academica fecerit, plurimum debet. Eſt autem bullæ illius hæc omnino verborum forma:

*INNOCENTIUS epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectis filiis, nobilibus viris, Baronibus, militibus & aliis per Upſalenſem diœceſin conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Super eo, qvod debitum nobis cenſum liberaliter & devote ſolviſtis, ſicut Venerabili fratre noſtro, Archiepiſcopo veſtro, inſinuante didicimus, & ipſe rei effectus indicat evidenter, devotionem veſtram commendamus in Domino, & digna gratiarum proſeqvimur actione, rogantes attente, ac per apoſtolica vobis ſcripta mandantes, qvatenus in ipſo cenſu debitis temporibus exſolvendo vos exhibere curetis ita paratos & promptos, qvod apoſtolica ſedes & nos, qvi ei, licet immeriti præſidemus, vos caritatis brachiis teneamur, ſicut ſpeciales filios artius amplexari & a Deo dignum mereamini præmium obtinere. Dat. Perufii* II. *Calend. Junii, Pontificatus noſtri Anno nonodecimo.* Qvid de eccleſia *Svecana* Pontifici olim vectigali, an verò non vectigali ſentiendum ſit: quam illa verè & indubitato annuum hunc

censum *S. Petro* solverit: & denique quam ex *eodem non præstito*, parum firmiter concludatur, quod in ære pontificis nunquam fuerit Svethia, tabulæ præsentes accepti & in gazam Pontificis relati æris hujus, non obscurè loqvuntur. Fatendum itaque, quod negari non potest, ecclesiam *Svionicam* ad tempora usque *GUSTAVI I.* ad episcoporum catholicorum judicium, auctoritatemque papæ pie pertinuisse: neque regnum modo, sed & *ipsum régem* matri indulgentissimæ suæ, ecclesiæ Romanæ, *tributarium* fuisse, id quod in sequentibus pluribus demonstrandum venit.

(*g*) *pag.* 145. (*h*) *Messen. Scondia illustrata III. p.* 13., (*i*) *L. Banck de Tyrannid. papæ p.* 418. *seqq.*

§ V.

ANte pontificium hunc nostrum, eundemque Romanum censum, alium in gente Suiogothica, jam olim invaluisse *nummum*, chronica nos docent sacra & politica. Eum puta, quem ODINO pontifici majores nostri solvebant. Sicut autem recentior hic ipse *Petro*, seu verius sacrorum Christianorum *regi præsendenti* cessit in subjectionis recognitionem; ita priorem illum *rex* & *pontifex* sacrorum gentilium, ceu tesseram suæ potestatis, sibi vindicavit. Putarem hodie, idque apud Romanos saltem, quæstui haberi pietatem; sed qui alibi voluerunt videri sæculi malis mederi, eorum opera olim sine pretio neque obtineri potuit.

Erat autem *Othinus*, ejusdem numeri locique apud majores nostros gentiles, quo deinceps esse cœpit *Pontifex Romanus*, extincto gentilismo. Titulo speciosо eodem, quo, invita lege & praxi Christianissimi, magisterium politicum

liticum cum miniſterio eccleſiæ *ille* conjunxit, eodem modo *Othinus* qvoq; ejusq; conſangvinei ſucceſſores, jam olim ſacerdotium, & una cum illo cenſuram omnem, tyrannidemqve occupaverant. Plures ejusdem nominis *Othinos* in ſeptentrione pro Numine honoratos fuiſſe; & priſci illius cultum atqve principatum in ſe recentiorem callidè transmoviſſe, qvi vel leviter imbuti ſunt literis hiſce, conſentiunt univerſi. Utrum vero *hunc* onerosum cultum recentior primum inſtituerit, & an non repetitum ex theologia majorum, eundem in uſum ſuum modo revocaverit, pro comperto nihil dicendum habeo. Id certum eſt, qvod valuerit tanta apud cives veneratione *Othinus*, ut qvi in ævi illius devotione ferventes eſſent, *chryſargyri* tributo eodem, qvo cæteræ gentes, Pontificis *ſui* qvoqve genium propitiandum duxerint.

Habuit Odinus, *magus ille*, Sigtoniæ ſacra ſua inſtituta; idolorumqve cultum latius per Svethiam propagaſſe dicitur. Belli in primis ſcientia perinde ac felicitate florere videbatur: proinde imperata illius non modo non inviti faciebant Sveogothi: non pro rerum proſperitate ad eum vota ſua modo dirigebant, teſte Loccenio: verum ad conciliandum ſibi *ſui* numinis adfectum, poſteritatis certe æmulationi, *nummum*, de qvo conventum fuit, unicum, ſingulî, eundemqve ultro pendebant. Loqvitur de hoc eodem cenſu *STURLONIDES* vetuſti ævi conditor hiſtoriæ accuratiſſimus (*k*): Wm alla Svithiod gulldu menn Othin Skattpenning fyrer Nef hwert; Enn hann ſkylde verja land theirra fyrer ufride, oc blota theim til Ars. h. e. interprete Peringskiöldio: *Per omnem Svioniam, ODINO ſingula capita, certo nummo cenſebantur, qui*

*vicissim fines eorum defenderet: bella & hostiles machinationes propulsaret: Sacrificia annua pro frugum abundantia procuraret.* Datum ipsi hunc sive censum, sive, uti Stephanio dicitur, *denarium* ab omnibus, ut sacrificiis præsertim præesset deorum, haud obscure qvoq; ex Snorrone innuit *SCHEFFERUS* Alla Scytherne gåfwe ODIN Skat, en penning för hwart hufwud, och skulle han opholda Gudarnis offer; h. e. ODino Scythæ omnes dabant tributum, nummum de unoqvoqve capite, ut præesset sacrificiis deorum. *Hæc ille.* Agit de hoc censu ejusq; institutione brevibus saltem *Snorro.* Interim ne qvæ multorum principum, imo pontificalium institutorum qvoqve sors esse solet, ut cum auctore incipiant & cum illo qvoqve desinant, eandem hujusce qvoqve tabulæ censoriæ rationem fuisse, qvis sibi persvadeat, de *Freyo* (yngvi) tertio post *Othinum* Svethjæ dynasta idem *Snorro* perhibet, qvod assumto eodem, qvem *Othinus* ipse, Drottins, id est *hierarchæ* titulo, nemine refragante, tributum annuum, ex constitutione Othini obtinuerit, non vivus solum, sed triennio integro post etiam, quam in fata concessisset, quo tempore, celatis civibus, tanquam præsentem & vivum, divinis honoribus & donis nummariis quoqve, solertia non inutili sacrificulorum, cultum fuisse refert. (*l*) Hunc eundem nummum, pecuniolam, & in Scandianis antiqvissimum monetæ genus fuisse; eundemqve non semper signatum: sed auro argentoque non signato: immo in varia vasa elaborato ære constitisse, & pro more ævi illius *appensum* fuisse, nobilissimus KEDER in sua de nummo *Othiniano commentatione*, auctor est, qvin à *Snorrone* neqve digreditur longe asserto illo, qvi in

sti-

hiſtoriâ modo nominatâ *Yngve-Frejrii*, omne regni tributum, aurea argentea & ærea numiſmata, per totidem feneſtras, in aulam illius illata fuiſſe memorat. (*m*) Qvicqvid ſit, Gothorum religionem, & in exſolvendo pietatis tributo, devotionem munificentiamque teſtantur plurimi. Neque dubito, quin in hujus cenſus præſtationem ejusque exſolvendi promtitudinem oculum intenderit nobiliſſimus *VILDE* etiam, cum de Gothorum gente utraque pronunciat, quod Othino imprimis devota, ejusq; ſacris ritibus mancipata fuerit. (*n*) De donis & oblationibus cæteris, nec non victimis variorum animantium, quibus inſuper Othino ſuo litaverint priſci Sveogothi, ut ſolo ſuo, ſaxo geluque rigenti annonæ ubertatem induceret, & demum omnia mala averruncaret, nil nunc attinet dicere. Agit de iisdem capite bene longo *SCHEFFERUS* in Upſalia antiqua ſua. Vellem libri, de *jure pontificum Romanorum*, quorum mentionem facit *LIVIUS* (*o*) integri etiamnum ſupereſſent. Certe non de jure veteri pontificum *illius* gentis ſolum multa, qvæ nos hodie fugiunt, inibi perſcripta inveniremus: verum plurima qvoqve, qvæ gentium ſeptentrionalium antiqvitates, earumqve circa ſacra ritus illuſtrarent. tanto magis, qvanto non illa modo, qvæ ex *Catonis originibus* etiamnum ſuperſunt fragmenta, agnoſcunt *JAPETUM Scytharum*, & *Scythas Italiæ* eſſe ſatores: (*p*) Sed & vocabula *Gothica* alia ſuper alia, qvæ *Plauto*, & cæteris ſcriptoribus vetuſtis uſu venerunt, illam inſuper hypotheſin, puta ſangvinis & communionis utriusqve gentis, probent atqve confirment. (*q*) Interim, qvod ad *durationem* expenſi & accepti *denarii gentilitii* attinet,

non

non dubitamus asserere ad tempora Christianismi usqve eundem in gente nostra invaluisse, & donec alio novo permutaretur, â præfectis sacrorum paganicorum in rationes suas incessanter relatum fuisse. Id ut credamus movet nos *OERNHIELMII* auctoritas, qvi cum *Pontifici ROMANO certam per cives symbolam submittere inciperent reges Svethiæ*, tum maxime *cessasse* ait cultum munerum *Diis Upsaliensibus eorumque antistitibus* exhiberi solitum. (*) Illam vero censuram gravissimi viri sine judicio factam non existimabit, facile aliqvis, qvi analogiam ævi utriusqve ex *Sturlonide* (r) aliisqve; itemqve recentioris fata denarii, de qvibus postea, cogitaverit. nempe, qvam sine præeunte insigni religionis mutatione ad abolendum illud *sacrum*, â se ipsis, qvorum interest, ægre qvisqvam descendere soleat, audeatve. Vellemus suppeteret copia nobis *opusculi* adsessoris & antiqvarii nobilissimi, domini *ERICI JULII BIOERNERS*, quo Sveo-Gothos etiam *ante Othini posterioris tempora*, nummis usos fuisse domesticis probavit. Illius solertia diligentissimi viri, quemadmodum loca inaccessa veteris historiæ jam ante plurima sunt investigata & patefacta; ita de *nummo Othiniano*, ejusque fatis, in allegato (s) opere isto, rariora multa contineri perscripta, nulli dubitamus.

(*k*) *Sturlonides H. Ynglingg. Cap.* 18 (*l*) *Confer sis* Eliæ Brenneri, *felicis memoriæ viri, Schediasma de* rei monetariæ *apud* Svecos *initiis, ejusdem progressu, & denique fatis aliis super aliis, cujus, puta schediasmatis, exemplum habetur apud* Nettelbladium *biblioth. S. Goth. IV. p.* 225. (*m*) *hist. Yngl. Cap.* 12.

(*n*) *in præfat. vernacula ad histor. Pufend. Svecanam p.* 394.

(*o*)

(o) I. 7. (p) *cfr. Edmund. Dikinſonium de Noa in Italiam adventu.* (q) Zamolxis *b. Lundii p.* 30. (*) *Oernh. H. E. III.* 8. 48. (r) Freyrem *pontificem & regem pro univerſo orbis numine cultum ſacrificiis & oblationibus, pra omnibus reliqvis idolis,* omni ævo, *quo* ad ethnicismus duraret, *honoratum fuiſſe* Snorro *teſtatur vitata hiſtoriæ cap. XIII. cui adde ſis* Torfæum *hiſt. Norvag. I. p.* 375. *in.* (s) *Proſtat allegatum opus illud in* volumine hiſtorico, *quod* Norſke Kiæmpa Dater *inſcribitur, ejusque præfationis pagina* 10.

## §. VI.

TRibutum hocce, puta S. *PETRI Denarium* e Svethia ſedi Apoſtolicæ ſolutum fuiſſe, modo diximus, & in ſeqventibus qvoqve dicturi ſumus pluribus. Qvo autem tempore Svethi primum, cenſum huncce ſolvere cœperint, difficilioris indaginis res eſt. Sunt enim tam obſcura initia ſoluti æris hujus, qvam in incerto annus eſt, qvo ejusdem conferendi finem fecere Sveo Gothi. Scilicet, prout non uno impetu in cæteris partibus orbis Chriſtiani, ſed per varias temporum periodos, per diverſa rerum diſcrimina, infinitasqve cleri artes hocce tributum populo impoſitum fuit, alibi citius, alibi ſerius; ita in hoc regno neqve ſine turbis: ſaltem non niſi per ambages in illam externæ ſervitutis teſſeram, cives in univerſum conſenſerunt. Qvidqvid ſit, cum Anglis Doctoribus immigraſſe oneroſam pietatem illam; illos ſub periculo amittendæ ſtatus gratiæ & vitæ æternæ, eandem ſerio commendaſſe nulli dubitamus. Erat illo tempore rex Svecorum *OLAUS, ERICO Victorioſo* genitus, puer ſceptro admotus & gentilium erroribus una cum lacte materno imbutus. Is cum *ETHELREDO Angliæ* rege fœdus in-

iniit de mittendis invicem ſubſidiis adverſus *Danos*, qvi magna præſumtione ſpei, non Angliæ modo, ſed & cætera ſub arcto regna, illa tempeſtate infeſtabant. Hac occaſione, cum, qvi ex *Anglia* ultro citroqve commearent adminiſtri rerum civilium, Chriſtiani eſſent, & pro more ævi illius *Clerici*, iidemqve *pontificii*, qvis non agnoſcit, horum interventu, de admittenda doctrinâ Chriſtianâ primum, & dehinc de modo illius propagandæ ſumtuoſo conventum fuiſſe? Videri poteſt juri & poteſtati circa ſacra, qvæ in Svecis diu penes reges fuerat, minus conſentaneum, ut primatui papæ & juribus eidem annexis, ab initio ſtatim ſubſcriberent: qvin neq; nego alios atq; alios prædicatorũ advenientium celare potuiſſe ab initio arcanum illud hierarchicum, adeoqve precario & a regibus dependente jure, contentos fuiſſe. Interim, qvin per cuniculos, eccleſiaſticam regum poteſtatem ſubvertere, & pontificiam adſtruere, omni niſu laboraverint, nullus dubito. Fateor cum in vitas ſanctorum, qvales a *VASTOVIO*, *MESSENIOQVE* deſcribuntur, incidérem, angelicum prorſus zelum mihi viſum fuiſſe illorum religionis Chriſtianæ *primipilorum*: una cum divini Numinis gloria, gentium ſalutem, *Apoſtolorum* more, anhelaſſe, qvi dubitare potui? Aſt poſtqvam temporum illorum conditionem altius rimari cœpi, edoceriqve gentium converſionem, qvalis hoc tempore invaluit *armata & militaris*, Romanæ ſedis ambitum, ejusq; cõmoda inprimis reſpicere; regnaqve non alio magis qvam hoc ipſo tempore obærata, & curiæ Romanæ mancipio devota fuiſſe; de ſpecie & aſſimilatione magis, qvam vi ipſa pietatis temporum & hominum horum, non de nihilo

nihilo præſumere cœpi. Potuit, non nego in aliis atqve aliis doctoribus eſſe zelus verus religionis: potuere aliqvi ad vitæ afflictionem humilitatemqve (qvæ Chriſtianismi nota eſt) mente ſimpliciſſimâ & vera fide excitari. Abſit in ipſo Romanæ eccleſiæ ſinu multos ſanctos & fideles abſcondi, non agnoſcamus. Interim ad ſcopum dictæ modo eccleſiæ, *filios* devotionem & humilitatem foris mentientes dolo malo alios, ceteros imprudentiâ, univerſos ſtudio & impetu omni incubuiſſe, qvi annales illorum temporum legerit, non amplius dubitabit. Eſt illud glorioſum patribus noſtris, qvi ætate illa vixerunt, qvod non *ipſam* religionem, nedum *excreſcentias* illius, ſibi invitis obtrudi paſſi fuerint. Aſt cogitanti mihi, qvid qvæſtuarii Sirenum cantus efficere qveant, penitus non impoſſibile videtur Svecorum aures, aliarum more gentium, iisdem infatuari. Ad ineſcandum melle ſuo non *miniſtros* illos ſolum, ſed & ipſum *Pontificem* ſacrorum, in illâ ſimplicitate nullo negotio flecti potuiſſe, veriſimile eſt admodum. Sed erit de problemate hiſtorico illo in ſeqventi paragraphe amplior dicendi locus.

§. VII.

AN verò *pietas* exigendi exſolvendiqve tributi hujus OLAVO *Skottkonungio* regi cognomen dederit, problema eſt, in qvo excutiendo diverſimode verſari ſolent diverſi; præcipuè verò *juris publici eccleſiaſtici* ſcriptores. *Iidem*, qvi pro vindicanda libertate majorum, eorumqve in ſacris & civilibus, imperii independentiâ, laborant, prorſus non credibile videtur, qvod renitentes regum ſuorum pervicaciæ, proceres & dynaſtæ gentis noſtræ, in

alienigenæ domini jugum, & tesseram subjectionis *istam* statim consenserint, qvin, ex silentio ævi illius scriptorum (*a*) præsertim verò ADAMI: itemqve testimonio non inficiandæ antiqvitatis alio (*b*) puta HERVORÆ historiographi valide inferri posse putant, non à pontificis tributo aliqvo primitus, sed *regis sinu gestati* infantia Skaut-Konungii cognomentum penitus & omnino arcessendum esse. *Quibus* altera neqve improbabilis videtur sententia; nempe qvod reges Svethiæ, & in iisdem OLAUS primum solutione tributi illius, gratiæ Pontificis se insinuare studuerit, neqve pro ignominioso gnorismate (*c*) nomen *ipse* habuerit, qvamvis cives pagani, ejusmodi impacto charactere, irreligiosæ levitatis regem suum obliqvè perstrinxerint, *illi* in temporum perversitatem, qvibus pontifex Rom: solus vel prope solus rerum potiebatur, oculos inprimis reflectunt. *FATEOR* non meum esse pugnanttbus æqvo marte sententiis istis medium intercedere. Qvi in explicandis rebus vetustate obrutis exercitatiores sunt, nodum controversiæ illius, me ipso, melius videbunt & explanabunt. Id saltem dixerim, si seculi vergentis illius, qvo *OLAUS* vixit, indolem, non fugitivo oculo respexerimus, qvàm principum nemo ferè fuerit, qvi regnum fluctibus qvassatum non pontifici commiserit titulo religioso, eodemqve oneroso, qvod de *Angliae* regibus jam ante probavimus: OLAVUM nostrum, suo qvodam jure qvoqve mereri excusationem, sicubi malignæ sorti eidem domi forisqve expositus, semet ille qvoqve suamqve ecclesiam submiserit *ROMÆ universi DOMINÆ*, & in symbolum devotionis suæ, *denarium*, qvem aliæ gentes,

tes, non ægrè ſolverit. Egiſſe ex uſu & jure civitatis non dico. Aſt invaleſcente perturbatione, non dicam civili ſolum, ſed ſtatus ſub civili comprehenſi cujuscunqve etiam, privatum arbitrium pro ratione eſſe, & qvod validius, illud ceu religioſum magis, imò majore cum æqvitate qvoqve conjunctum cenſeri, qvis qvæſo ignorat? *Pontifice* verò ejusqve *ſummâ* poteſtatis, qvæ regibus afflictis adverſos cives ſuos præſentior tutela, aut magis validum illo tempore aſylum? illud ſine phosphoro inveniri, ſine aperiri duce *auri*-como poſſe putas?

Qvin, ne proſtitutæ patriæ ejusq; libertatis culpam omnē *auctoritatemque* *OLAO* regi affricari patiamur, an non *Othino* regnante ſacrorum *primicerio*, ad religionis amuſſin itidem ſecularia dirigebantur omnia? & demum mutata, aut ſaltem mutari cœptâ *illa* ſcenâ, qvis neſcit *Svethiæ principem* priorem *OLAO* & factionis malo eidem expoſitum, exiſtente diſſidio *SVEO-DANICO* de finibus regnorum, itidem ad arbitrium & ratihabitionem *Pontificis*, ceu ſuperioris, rem omnem detuliſſe? Certiſſimo documento, qvod reges *Svethiæ*, ante *OLAUM* alii qvoq; in eodem valetudinario laboraverint, Papatum adoraverint & ad divertendum â priſtino civitatis jure, poſteros, ſuo ſub exemplo præmonuerint (*d*). Et qvod cenſum ipſum attinet, qvatenus regnum unâ cum principe, *Othino* jam ante tributarium fuit, uti jam ante vidimus; neqve ſeqvioris ævi *regnum Pontificium*, qvam priſtinum illud, ab initio magis oneroſum erat; certe non video, qvomodo tributum novo ſacrorum regi devotum, magis cenſeri qveat civitatis libertati præſumtuoſum, qvam qvod hactenus in uſu fuerat *Othinianum*, â

qvo *Romanum* non genere & natura, ſed ætate & nomine ſolum diſcrepabat.

Sed defuit *denarii* hujus collectioni, qvam in nullâ non gente *gratuitam* fuiſſe ab initio, jam ante notavimus (*e*) ſua neq; juſti & honeſti ſpecies. Conqvieverat in *Italia* non dum vis & tempeſtas *Saracenorum*: tantò *papae* ejusqve regno formidoloſior, qvanto non omnem in vicinâ modo regionem infeſtaret, ſed portis ipſis qvoqve immineret prope. Ad occurrendum humani generis, præcipuè verò Chriſtianitatis *noxæ* iſti, cui jam ante *Gothi* in Hiſpania ſuccubuiſſent, papam exciviſſe cives & populares indigenas, præcipue vero reges illorum, noſtratium non pauci memoriæ prodiderunt. Præcipuè vero in illam ſententiam anteceſſores habemus *BAZIUM* (*f*) & *PUFENDORFIUM* (*g*). Uterqve cenſum & contributionem illam, qvam *votum OLAI* (*h*) vocant, archiſtratego militiæ chriſtianæ â pontifice conſtituto *HENRICO imperatori* (qvi pietatis ſuæ prodigæ & armatæ nomine *ſancti*; itemqve *monachorum patris* elogium â pontifice meruit) ceſſiſſe affirmant, ut *câdem milites conduceret in ſubſidium Chriſtianorum adverſus Saracenos*. Qvid *Normannorum*, conſangvineæ gentis pietas â pontifice ſeculo currente eodem excitata, in defenſionem ſedis *Sancti-PETRINÆ* effecerit, hiſtoria illorum temporum liqvido teſtatur. Admiſſo vero ſemel ad animum palpo blandiſono hoſtis pro hoſpite illius, prætextum eundem altius ſeſe inſinuandi & demum ſtabiliendi patrimonii ſui, in poſterum neqve defuiſſe, ſeculi ſeqventis annales patriæ luculenter oſtendunt. Aberant non procul *expeditiones cruciatæ*, concitante & impellente papâ inſtitutæ, de qvibus ipſis non

minus

minus, qvam præludiis earum modo memoratis, tale *ABRAHAMI BZOVII* proſtat effatum: *Poſt annum* DOMINI milleſimum, *pontificibus viſum fuit non ære ſed voce ciere viros, ſacrumque* Martem *non cantu, non ſonitu, non clangore tubarum, ſed piis* adhortationibus, *ſcilicet* accendere (*i*). Illum piæ vocis ſonum in ipſo qvoqve ſeptentrione graviter & acutè ſatis reſonaſſe literæ ad reges & ordines Svethiæ non unius papæ, eædemqve non ſimplici, ſed iteratis vicibus perſcriptæ, teſtes ſunt; qvibus ut in *adjutorium CHRISTI* & terræ ſanctæ *exſurgerent, neque in peculiari bello* DEI filii, *ſolverent cingulum, qui præcedere conſveviſſent, affectuoſiſſime* exhortatur. Ita veró paſſim & ubiqve, idqve perpetuo fere comparatâ Pontificis republicâ, qvis dixerit occaſionem eidem, aut facultatem magis qvam animum defuiſſe juris ſui ſenſim introducendi, ejusdem in majus provehendi, & demum per vim extorto denario, opes & poſſeſſiones regni invadendi, expilandi. Sed ne in re levi & ambiguæ diſcuſſionis, benevoli *Lectoris* oculos, juſto diutius obtundam, ponam in extremo, qvod ſentio. De *CAROLO MARTELLO Galliæ* prorege proditum invenimus, qvod cum opem illius liberalitatemqve ſolicitaret papa adverſus *Longobardos*, titulum *Chriſtianiſſimi* eidem juxta qvoqve tribuerit. *OLAUM* noſtrum, unâ cum filio, non alio nomine magis, qvam *cenſus*, aut ſi dicere mavis *doni* gratuitò (*k*) præſtiti hujuſce intuitu, imò ad reddendam munificientiam illius in poſterum tanto magis *tributariam*, eadem *CHRISTIANISSIMI* (*l*) appellatione cohoneſtatum fuiſſe, non dubitaverim. Verum, qvod illud, de qvo qværitur, *TRIBUTARII* cognomen attinet,

qvo

qvo compilator L. L. V-Gothic. vetus eundem regem primus, ſine dubio, compellatum voluit, ad concilianduṁ tributo huic à temporis præſcriptione, colorem auctoritatemqve, pro famulitii pontificii, eccleſiaſticorum puta, ævi ſeqventis invento habendum meritò, non nosmet, neqve alius qvisqvam facile inficias iverit.

(*a*) *Vide præfationem ante citatam nobil. Dn.* Biœrneri *p.* 17. *&* Mosheimum *una cum auctore inibi paria facientem.* (*b*) Herwara ſaga *pag.* 181. (*c*) *Cum prædeceſſores ſe exhiberent, ſaltem exhibituros ſe ſponderent* Clerici *ad contumelias, imo martyria quoque* Chriſti *nomine perferenda: illorum emulum agere voluiſſe* Olaum R. *& elogium, cujuſcomodi adjiceret eccleſia, glorioſum magis quam ignominioſum reſpexiſſe, credibile eſt.*

(*d*) *vide* Agapeti *pontificis bullam de regni utriusque limitibus, ex conventione* Amundi *Svethiæ &* Sven Ottonis *Daniæ principum, itemque papæ dicti modo auctoritate, fixis conſtitutisque quam typis exſcripſit & commentario luculento illuſtravit b. m.* Carol. Lundius *profeſſ.* Upſal. (*e*) *Diſſert. prior. pag.* 17. (*f*) Bazii *hiſt. Eccleſ. Svec. Lib.* 1. *Cap.* 6. *p.* 99. (*g*) Pufendorfs inledning til Sw: *hiſt. p. m.* 66. (*h*) *de Voto* Olavi, *paragr. ſequenti plura.* (*i*) *Tom XVIII. Annal. ad an. Chr.* 1410. *adde* Buddei *Selecta J. N. & G. pag.* 101. (*k*) *confer* diſſert *part.* 1. *pag.* 15. *in notis.* (*l*) Olaum *una cum filio* Jacobo, Stenkilloqve *regibus*, Chriſtianiſſimos *ab eccleſia ævi illius ſalutatos fuiſſe*, Adamus *conferri poteſt Hiſtor. Eccl. edit.* Fabric. *pag.* 23. 36. *&* 47.

## § VIII.

VOTUM *OLAVI* noſtratibus olim cognominatum fuiſſe *denarium* S. *PETRI* modo diximus, non ſolum qvod

cum

cum *donativis* vota propius, qvam cum tributis conveniant, ſed inprimis, ne juris & cultus divini partem hanc ſacrilegio violare, aut aliàs manibus profanis attrectare qvisqvam auderet. Sed â qvo voto, cujus Svethiæ rex *Otavus* habetur auctor, diverſum eſt, qvod *beato OLAO* Norvegiæ regi eodem tempore ſolutum fuit. Ad exenterandum marsupium & opes argentarias civium, utrumqve ſpectabat. Verum uti illud *PAPÆ vice deo* debebatur, in ſymbolum illius *percepta protectionis*: Ita qvam qvæſtui Norvagiæ *Ditis (a)* majores noſtri dicatam voluere pietatem, non aliud reſpiciebat, qvam recognitionem *juris patronatus* illius, qvo cum ſua diœceſi Upſalienſis cathedra *divo* huic, â primo inſtitutionis ſuæ tempore, præcipuè divincta fuit. Duravit confectio tributi, aut ſi mavis, pietatis hujus duobus ferme ſeculis. Illis evolutis, poſtqvam conſilium animo cepiſſent *Upſalienſes* templi & aræ *Numini* huic in ipſa urbe exſtruendæ, ne tributorum amarâ flagellatione cogerentur cives renunciare penitus iſtis divinis officiis, ſedente *NICOLAO Albo* A. Ep. *Upſalienſi*, retractum fuit votum Nideroſienſi Divo hactenus ſolutum, idemqve baſilicæ *Upſalienſis* nuper fundatæ religioni in poſterum inſumptum. (*b*) Inde cum luxuriare inciperent templa omnis generis opulentiâ, ne qvæ piis uſibus conſecrata eſſent, *eccleſiæ* perirent, ſuperfluum omne ex *facultatibus templorum* diœceſeos epiſcopo, ejusqve *bonori*, ſub nomine *CATHEDRATICI*, conceſſum fuiſſe ſcribit vir conſultiſſ. *Dn. Doct. NETTELBLAD* in ſuo *de Epiſcopis Svethiæ Catholicis* commentario exqviſitiſſimæ diligentiæ. Utrum *PETRI cathedram* iſta ſub notione comprehenſam voluerit *auctor*, an verò exclu-

ſam

ſam penitus â participatione *honoris* & privilegii illius; certi nil dicendum habeo. Id ex *LEONIS papæ decimi* ad *Upſalienſem primatem*, datâ epiſtolâ conſtat, qvod curiæ illius ſtilo, *Cathedratici* notio cum *denario Petrino* idem importaverit; certè â numismate *Petrino* diverſum in rationario cameræ Apoſtol. titulum ægrè invenerit. Cumqve vix antea publicam lucem viderit epiſtola, & inſuper ſignet illa qvoqve noviſſima penes nosmet ſoluti æris hujus tempora, opellæ noſtræ eandem inſerere non pigebit: LEO papa X. *&c. Venerabilis frater ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Deſtinavimus ad partes iſtas dilectum filium Magiſtrum Johannem Heytners de Zonulben Clericum Leodien. Diœces Accolitum & Commiſſarium noſtrum ad exigendum ſeu colligendum pecunias CATHEDRATICI ſeu etiam DENARII ſancti Petri. Quamobrem fraternitatem tuam attentius monemus & in Domino hortamur, ut pro noſtra & Apoſtolicæ ſedis reverentia dicto Johanni, illis, quibus potuerit, ope, conſilio & favore circa hujusmodi exactionem ſeu collectionem aſſiſtere velit, illamque ſincera in domino caritate tractet. Quod ſi fiet, erit nobis gratiſſimum. Dat: Romæ apud S. Petrum ſub annulo piſcatoris, die prima Octobris MDXV. pontificatus noſtri An. III.* Ja. Sadoletus.

Venerabili fratri Archiepiſcopo Upſalen.

(*a*) Æris & divitiarum *appetentem fuiſſe OL.* Sanctum *ex* Sturl. *teſtatur* Torfæus *hiſt. Norv. III. p.* 204. (*b*) Vaſtov. V. A. *not.* Benzel. *pag* 22. *ſeq. item Monum. Eccl. pag.* 58. Spegels hewis til Kyrckohiſt. *pag.* 18. *&c. ubi votum OL. non* ære denario *ſolum, ſed &* mercimoniis *diverſi generis appenſum fuiſſe, videbis. Imo non noſtra genti ſed & ſuis civibus vivum mortuumque iſtiusmodi pietate gravem fuiſſe* OLAUM, Torfæus *docet hiſt. N. IV. p.* 396.